



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 69. Cosaccorum seditio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII. flichto Gallorum audaciam ulti fuerant,  
A. C. 1638 tres insuper triremes eis interceperunt,  
 ac plusquam mille ducentos trucidarunt.

## §. LXIX.

*Cosaccorum seditio.*

*Brachel. l. 5.* Nondum integer effluxerat annus, ex  
*Ez 6* quo Uladislaus Poloniæ Rex ha-  
*Jæger. Hist.* bitis Regni sui comitiis Cæciliam Re-  
*Ecccl. l. 8. c. 6.* natam Ferdinandi II. Cæsaris Filiam  
 fibi matrimonio junxerat, cum illico  
 nuptiarum solemnia seditio a Cosaccis  
 excitata interturbaret: ita nempe nulla  
 in risu felicitatis constantia. Hi post  
 reportatas de Tartaris victorias armo-  
 rum cessatione torpere cæperant, cum  
 que otium patrandis vitiis natum sit,  
 hi quoque, prædas & latrocinia jam  
 ex antiquo tanquam artem exercere  
 assueti, Polonorum Procerum ditiones  
 deprædati sunt. Nec iteratis commi-  
 nationibus eorum petulantia coerceri  
 poterat; quamvis enim Stanislaus Co-  
 jecpolius supremus militiæ Præfектus  
 ad Boristhenis, & Samaræ conflu-  
 tes novum propugnaculum construi  
 jussisset, eique pro tuendis operariis  
 Germanos milites imponeret, Cosacci  
 tamen suis prædationibus remoram poni  
 indignantes, dejectis operariis præf-  
 diarios

diarios una omnes trucidarunt: ne ergo Sæc. XVII.  
rant, ultiōnis dilatione periculum tacitis au- A.C. 1638.  
erunt, truci- gesceret incrementis, Conjecpolsius  
nulla mora cum valida manu Nicolaum  
truci- Potochium ablegat, qui Cosaccos ite-  
gesceret incrementis, Conjecpolsius  
nulla mora cum valida manu Nicolaum  
Potochium ablegat, qui Cosaccos ite-  
rata clade protritos in urbem Borovi-  
tiam fugere, famisque violentia pref-  
pos eo compulit, ut Paulucium præci-  
puum rebellionis Ducem unacum aliis  
quatuor Primoribus captum tradere  
cogerentur, ceteris data impunitatis  
fide: quoniam vero hanc securitatem  
nonnisi inferiores Præfecti captivis de-  
dissent, hancque intempestivam cle-  
mentiam Proceres in Regni comitiis con-  
gregati ratam minime haberent, Pau-  
lucius, ejusque Socii Ordinum jussu  
capite plexi sunt. Inde vero Cosacci  
efferationes effecti, ob fidem Paulucio  
non servatam spretis omnibus pacis con-  
ditionibus in Polonos Nobiles inflato  
classico truces & implacabiles inimici  
denuo grassantur, vulneribus, incen-  
diis, cædibus, ac strage: nec erat ani-  
mus, conquiescere, nisi prius Polonicæ  
nobilitatis internecione, contumeliæ  
sua opinione acceptæ litatum esset, sa-  
tisque datum. Accedit ad mali cumu-  
lum Gedanensium rebellio ob novum  
vectigal concitata, quæ tamen publico  
Ordinum decreto sedata est, quin ta-  
men Potochius & Conjecpolsius Cosac-

Sæc. XVII. cos, quos tota æstate oppugnaverant,  
 A.C. 1638. ad obsequium, tranquillitatemque ar-  
 mis suis reducere possent, eorum su-  
 rore per plures annos etiamnum se-  
 viente. Nec magis obsequentes habe-  
 bat Nobiles Rex Uladislaus; cum enim  
 militarem septuaginta duorum Fratrum  
 Ordinem instituere decrevisset, Radzi-  
 vilius huic proposito in comitis Varso-  
 viensibus tam pertinaciter restitit, ut  
 Rex non modo hoc consilium, sed &  
 consilii cogitationem deponere cogere-  
 tur. Ita turbarum lues in Polonia fa-  
 cile a plebe in Proceres serpit, atque  
 instar incendii folles ipsos corripit.

### §. LXX.

#### *Turcarum motus contra Venetos & Persas.*

**Sagredo** Postquam Ragotsius Cæsaris ope Tur-  
**Mem. Istor.** cas & Bethlenium e Transylvania  
 pag. 707. ejecerat, beneficii immemor ejusdem  
**Calmet Hist.** Cæsaris Filium Ferdinandum III. armis  
**Univ. l. 153.** oppugnare statuit: Hanc in rem missio  
 Henrico Bisterfeldio Anglos, Suecos,  
 Gallos, Batavosque sibi armorum so-  
 cietate jungere tentabat, eisdem pol-  
 licitus, se validum agmen adversus Cæ-  
 faris amicos educturum, dummodo ter-  
 centies millium Thalerorum subsidium  
 quotannis sibi daretur. Placuit Gallis  
 Ragot-